



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

195. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

5. c. 15. &
Dist. 2. de
consecr. c. 13.

nionem percipere nec laudo nec vitupero, omnibus tamen dominicis diebus communicandum hortor. Si tamen mens in affectu peccandi est, gravari magis dico eucharistiæ perceptione quam purificari. Et ideo quamvis quis peccato mordeatur, peccandi de cetero voluntatem non habeat, & communicaturus satisfaciat lacrymis & orationibus, & confidens de Dei misericordia, accedat ad eucharistiam intrepidus & securus. Sed hoc de illo dico quem mortalia peccata non gravant. [*Vide Hincmarum in fine epistolæ XL.*]

Item sanctus Augustinus ad Januarium.

August. epist.
118.
Burchard. lib.
5. c. 16.

Dixerit quispiam non cotidie accipiendam eucharistiam, alius affirmet cotidie. Faciat unusquisque quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Neque enim litigaverunt inter se, aut quisquam eorum se alteri præposuit, Zachæus & ille centurio, cum alter eorum gaudens in domo sua suscepit Dominum, alter dixerit: *Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum.* ambo salvatorem honorificantes, quamvis non uno modo. ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. Ad hoc valet quod manna secundum propriam voluntatem in ore cujusque sapiebat.

Luc. 19.
Matth. 8.

*De eadem re. Ex epistola Clementis
Pape.*

Cl. mens
epist. 2.
Remedius Cu-
riensis c. 1.

CXCV. Certè tanta in altari holocausta offerantur quanta populo sufficere debeant. Quòd si remanserint, in crastinum non refer-

ventur, sed cum timore & tremore Clericorum diligentia consumantur. Qui autem refidia corporis Domini, quæ in sacrario relicta sunt, consumunt, non statim ad communes fumendos cibos conveniant, nec putent sancte portioni commiscere cibum qui per cuniculos digestus in secessum emittitur. Si igitur mane dominica porrigitur, usque ad sextam jejument ministri qui eam consumpserint. Et si tertia vel quarta hora acceperint, jejument usque ad vesperam. Sic secreta sanctificatione æterna custodienda sunt sacramenta.

Burchard. lib. 5. c. 12.

Vide epist. Rhab. ad Heribald. c. 33.

Ex Capitularibus, lib. I. cap. XXXII.

Ut omnes fideles communicent, & ad Missas expectent finalem deprecationem. [*In conciliis Rivipullensi & Colbertino, tum etiam in regio, ex quo prima editio Parisiensis prodit, legitur, expectent sine alia deprecatione.*]

Lib. I. Capitular. c. 138.

Ex lib. II. cap. XXXIV.

In perceptione corporis & sanguinis domini magna discretio adhibenda est. Cavendum enim est ne si nimium in longum differatur, ad perniciem animæ pertineat, dicente Domino: *Nisi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Si verò indiscretè accipiantur, timendum est illud quod ait Apostolus: *Qui manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat.* Juxta ejusdem Apostoli vocem probare se debet homo, & sic de pane illo edat; ut videlicet abstinens aliquot diebus ab operibus carnis, & purificans corpus animamque

Concil. Cabilon. 2. c. 46.

Lib. 2. Capitular. c. 40.

Burchard. lib. 5. c. 14.

Joann. 6.

1. Cor. 11.

1. Reg. 21.

* Edit. Hel-
mestad. fuisse
abstinentiam

suam, præparet se ad percipiendum tantum sacramentum, exemplo David, qui nisi confessus * fuisset abstinuisse ab opere conjugali ab heri & nudiustertius, nequaquam panes propositionis à sacerdote accepisset.

Ex eodem libro.

Lib. 2. Capi-
tular. c. 45.
Burchard. lib.
5. c. 17.

Ut si non frequentius, vel ter laici homines in anno communicent, nisi fortè quis majoribus quibuslibet criminibus impediatur, id est, in Pascha, Natali Domini, & Pentecosten.

De Presbyteris qui non communicant.

Lib. 1. Capi-
tular. c. 6.
Burchard. lib.
3. c. 78.

Auditum est aliquos Presbyteros Missam celebrare & non communicare. quod omnino in canonibus Apostolorum interdictum esse legitur. Vel quomodo dicere rectè potest, si non communicaverit, *Sumpsimus, Domine, sacramenta.* & cetera. [*Caput istud non extat in editione Helmaestadiensi, & additum est ex codice MS. Parisiensi.*]

Ne populus antè quàm Missa finiatur, de Ecclesia egrediatur. *Ex Concilio Arelatenfi.*

Concil. Aure-
lian. 1. c. 26.
Burchard lib.
3. c. 29.

CXCVI. Cùm ad celebrandam Missam in Dei nomine convenitur, populus non antè discedat quàm Missæ solemnitas compleatur, & ubi Episcopus fuerit, benedictionem accipiat sacerdotis. [*In editione Helmaestad. legitur: Et ubi Episcopus non fuerit &c. Vide Concilium III. Aurelian. cap. 29. & lib. 7. Capitular. cap. 201. & Addit. IV. cap. 42.*]